Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-273247-p0001-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-273247-p0002-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-273247-p0003-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-273247-p0004-4

1756.

1. Crellius, Christoph Ludov: Observationes de quasi possessione juris prohibendi

2. a-6 Crellius, Christoph Ludov: De pretio legali 2 Exempl

3. Crellius, Christoph Ludov: De usu nocturno servitutum in praediis urbanis

4. Crellius, Christoph Ludov: De solutione partis

5. Crellius, Christoph Ludov: De emptione servitutis

6. Rivinus, Andreas Florens: De usucapionis statu secundum ordinem chronologicum a XII tabulis ad tempora Justiniani

1757

1. Bose, Georg Matth.: Eclipseos lunaris 1757 D. 3. Sept. quo coelesti indulgentia natalis Uraniae tercentesimus felici affulget sidere secularia die 9 Sept. .. celebranda indicit

2 a-b Chladenius, Ernestus Martinus: De rescriptis moratoriis cursum usurarum non sistentibus 2 Exempl

3. Chladenius, Ernestus Martinus: De compensationibus

4. Chladenius, Ernestus Martinus: De syndicis et instrumento syndicatus

5. Chladenius, Ernestus Martinus: De regalibus

6. Crellius, Christoph Ludov.: De privilegio dotoris

6a. Hanaccius, Christianus: De conjunctionum legatariorum

6b Kraus – Franz

7. Krausius, Georgius Fridericus: Locationem servitutis realis praecipue juris pascendi ... disputat.

8a–c Krausius, Georgius Fridericus: De lege Aquilia in eos etiam quos contractus ad exactissimam diligentiam non obligat culpam levissimam vindicante 2 Exempl.

9. Ritter, Jo. Dan.: De bellis a Carolo Gustavo Suecorum rege in Polonia et Dania gestis disserit.

10a Rivinus, Andreas Florens, Ord. juridici ... Prodecanus: Lectori benevolo s. (ad disputationem inaug. Joannis Christiani Gotthelff Adami invitat)

10b Triller

11. Walther, Joannes Georgius: De caussis auctarum moralium civiliumque doctrinarum

1758.

1. Boehmer, Georgius Rudolphus, Ord. med ... Decanus.

panegyris medicam indicit. (ad disputationem inaug. Julii Christiani Lemmeri invitat)

+2. Fischerus, Fridericus Augustus: De veritate per clericum eruenda.

3. Hanaccius, Christianus: Ord. jur. ... Pro-decanus lectori benevolo s. d. p. (ad disputationem Augusti Rudolphi Schmuckii invitat)

4. Hanaccius, Christianus: De liberis a tutela et cura excusantibus

5. Krausius, Georgius Fridericus: De usufructu patris in feudo filii

6. Krausius, Georgius Fridericus: Theses juris controversi ex doctrina pandectarum de rei vindicatione tam civili quam praetoria

7. Langguth, Georgius Augustus: De animo sanitatis praeside atque custode optimo.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-273247-p0007-0

8 Mencken, Lernardus Ludovicus: Specificationem ex principiis juris naturae stricte sic dicti seu cogentis examinat . . .

9. Rivinus, Andreas Florens: Ord. juridici . . . senior et . . . decanus: lectori benevolo (ad disputationem inaug. Friderici Augusti Fischeri invitat)

10. Rivinus, Andreas Florens: Ord. juridici . . . decanus: lectori benevolo; (ad disputationem Caroli Gebhard Reinhardi invitat)

11. Rivinus, Andreas Florens: De excessibus et delictis in templis commissis

12. Schmuckius, Augustus Gotthelff: De contractu legati contra mandatum arcanum valido.

13. Schmuckius, Augustus Gotthelff: De jure successionum ex jure naturae et Romanorum institutis

14. Wernsdorfius, Ernestus Frider: De Constantino M. religione Paschali

OBSERVATIONES
DE
QVASI POSSESSIONE
IVRIS PROHIBENDI

AD L· XI· ſ· I· D· DE PVBLICIANA IN REM ACTIONE

QVAS

PRAESIDE

CHRISTOPH· LVDOV· CRELLIO ICTO

POTENTISSIMI REGIS POL· ET PRINC· ELECT· SAXON
CONSILIARIO AVLICO CODICIS PROFESSORE
PVBLICO ORDINARIO CVRIAE PROVINCIALIS
NEC NON CONSIST· ECCLESIAST· ET SCABIN· ASSESSORE
ITEMQVE ORDINIS IVRIDICI SENIORE

DIE XXVII AVGVSTI

A· Q· S· P· EST cIↃ IↃ cc LVI

IN AVDITORIO ICTORVM

AD DISPVTANDVM PROPONET

SAMVEL CAROLVS DVMPFFIVS

LONGOSALISSA THVRINGVS

VITEMBERGAE

EX OFFICINA IO· SAM· GERDESII

1956
3841

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-273247-p0009-5

I

Odioſum eſt IVS PROHIBENDI. Optime M. TVLLIVS, etiam PEREGRINOS uſu urbis PROHIBERE inhumanum eſſe, ait. CIC. *de off. lib. 3. c. 11.* Sed multo inhumanius, DOMINVM TECTO, laribus paternis aut auitis, et uſu rei ſuae PROHIBERI. *L. 38. D. de rei uind.* CIC. *Orat. in Verrem VIII. c. 24*

II

Rerum INCORPORALIVM proprie nulla eſt TRADITIO, neque PROPRIA POSSESSIO. *L. 4. §. 27. D. de uſurp. et uſucap.* Eleganter enim LABEO, nullam eſſe, docet, VACVAM IVRIS et

rerum incorporalium TRADITIONEM. *L. 20. D. de ſeruit.* Recte POMPONIVS, ſi iter, inquit, aut uiam emero, NVLLA EST VACVAE POSSESSIONIS TRADITIO. *L. 3. ʃʃ. 2. D. de act. emt. uend*

III

Olim igitur, qui concedebat ſeruitutem, CAVERE tenebatur, PER SE NON FVTVRVM, quo minus alter ſeruitute uteretur. *d. l. 20. D. de ſeruit. et L. 3. §. 2. D. de act. emt. uend.* Itaque CAVTIO ſeruientis fuit certiſſimus modus conſtituendi ſeruitutem

IV

Porro res incorporales et ſeruitutes CESSIONE IN IVRE conſtitutae ſunt, quia PROPRIE TRADI non potuerunt. VLPIANVS *in fragment. tit. 19. §. 11.* GERARD. NOODT. *T. 1. Oper. de uſufruct. lib. 2. c. 2. p. 449. ſeq.* Vid. De BERG. *Oec. Iur. lib. 2. tit. 6. §. 1. n. 3.* Sed, quia ad CESSIONEM IN IVRE tres perſonae et publica ſolennitas deſiderabantur, VLPIANVS *loc. cit. §. 9.* circuitus euitandi gratia, inuenta eſt QVASI TRADITIO et QVASI POSSESSIO. *L. 10. pr. ſi ſeruit. uind. L. 23. §. 2. D. ex quib. cauſſ. maior*

V

Qvasi traditio ſeruitutis eſt patientia domini praedii ſeruientis, qui poſſeſſori praedii dominantis permittit, ut iure aliquo utatur, ex cauſſa ſeruitutis, in fundo alieno, quod dominus fundi, extra ſeruitutis cauſſam, prohibere potuiſſet. *L. 1. §. 2. D. de ſeru. praed. ruſt.* Qvasi possessionem nanciſcitur, qui iure illo vtitvr in praedio alterius, domino non prohibente. *d. l. 1. §. 2. D. de ſeruit. praed. ruſt. L. 10. pr. D. ſi ſeruit. uind. L. 23. ſ. 2. D. ex quib. cauſſ. maior.* Menoch. *Remed. de retinend. poſſeſſ. V. ſ. 32. ſeq. p. 234*

VI

Fructus qvasi traditionis et qvasi possessionis hic eſt, ut praetor illum, qui ivre servitvtis, patiente domino, vsvs eſt, tveatvr, quaſi uere tradita ſit ſeruitus; quamuis nvlla ſit servitvtis traditio. Appoſite Vlpianvs, traditio, ait, et patientia inducet officium praetoris. *L. 1. §. 2. D. de ſeru. praed. ruſt. L. 11. §. 1. D. de publ. in rem act.* Certe patientia et traditio ſeruitutum ſunt diuerſae uoces, quae eadem ſignificatione coniunguntur

VII

Seruitutes negativae conſiſtunt in ivre prohibendi, cum poſſeſſor praedii dominantis prohibet dominum prae-

dii ſeruientis, ne aliquid faciat, quod iure dominii facere, citra cauſſam ſeruitutis, non PROHIBERETVR. *L. 8. C. de ſeruit*

VIII

Quamuis PROMISSIO et CONSTITVTIO ſeu ACQVISITIO ſeruitutis affirmatiuae inter ſe diſtinguantur; *L. 136. §. 1. D. de Verb. oblig.* tamen in ſeruitutibus NEGATIVIS ipſa CONVENTIO de ſeruitute conſtituenda continet quaſi TRADITIONEM et PATIENTIAM illius, qui ſeruitutem concedit. Hinc ſeruitutes NEGATIVAE ſola CONVENTIONE et promittuntur et quaſi traduntur, ut ſine nouo actu poſſeſſorio acquiſitae cenſeantur. BEYER. *ad Inſtit. Lib. 2. tit. 3. poſ. 22. p. 67*

IX

Si ſeruitus negatiua PVRE PROMISSA ſit CONVENTIONE, poſſeſſor praedii dominantis, dum acceptat promiſſionem, confeſtim exercet IVS PROHIBENDI, et PROHIBET, ne alter aliquid faciat. Itaque, ſi conſenſit dominus praedii ſeruientis, ſtatim PATITVR prohibitionem alterius, et hac PATIENTIA videtur ſeruitutem negatiuam QVASI TRADIDISSE. STRVV. *Iurisprud. Rom. Germ. for. Lib. 2. tit. 5. §. 4*

X

Seruitutibus etiam NEGATIVIS adiici poteſt CONDITIO, quae parit doli mali exceptionem. *L. 4. pr. D. de ſeru.* Sed, ſi

ſi CONDITIO adiecta ſit, antequam CONDITIO exiſtat, IVS PROHIBENDI a dominante exerceri nequit. In hac igitur ſpecie SERVITVTIS NEGATIVAE conditionalis ſola CONVENTIO non ſufficit ad ACQVISITIONEM iuris realis. Pendente enim conditione, nec ceſſit nec uenit dies. Itaque nec actus poſſeſſorius IVRIS PROHIBENDI exerceri poteſt ante euentum conditionis. *L. 213. pr. D. de Verb. ſign*

XI

Cum iure DOMINII coniunctum eſt IVS PROHIBENDI, ne quis priuatus in fundum alienum, inuito domino, ingrediatur. *L. 13. §. fin. D. de iniur. §. 12. I. de rer. diuiſ*

XII

POSSESSIO eſt FACTI et STRICTAE INTERPRETATIONIS. *L. 29. D. de acquir. uel amitt. poſſeſſ. L. 19. D. ex quib. cauſſ. maior.* Vide HEINECC. *Elem. Iur. Ciu. ſec. Ord. Pandect. P. VI. §. 199.* MEV. *P. II. Dec. 107. n. 9.* GAILL. *Lib. 2. Obſ. 129. n. 4. ſeq.* Hinc qui IVS aliquod poſitiuum, e. g. ius paſcendi, POSSIDET, non ideo videtur QVASI POSSIDERE IVS PROHIBENDI, ne dominus, in fundo ſuo, aut alius, in eodem praedio, paſcat. Neque enim acquiritur QVASI POSSESSIO IVRIS PROHIBENDI, niſi alter PROHIBVERIT, et alter OBTEMPERAVERIT PROHIBITIONI. *L. 13. §. 1. et L. 15. D. comm. praed.* De BERGER *Oec. Iur. lib. 2. tit. 3. §. 9. n. 5. p. 309.* ID. *Elect. proc. poſſeſſ. th. 45. p. 151. ſequ.* De WERNHER *ſelect. Obſeru. Forenſ. P. I. Obſ. 87. et in ſupplem. nov. ad obſ. all. p. 106*

XIII

Videtur ſibi ipſi contrarius eſſe Nobilis Dominus de Berger, qui alio loco docet, eum, qui VNDIQVAQVE ius paſcendi exercuit in certo loco, eiusdem POSSESSIONEM ita praeoccupaſſe, ut habeat IVS PROHIBENDI, ne alius ibi paſcat. De Berg. *Oec. Iur. lib. 2. tit. 6. §. 1. n. 4. p. 546*

XIV

Certius eſt, etiam illum, qui IVS PASCENDI in aliquo loco SOLVS exercuit, in POSSESSORIO SVMMARIISSIMO ſuccumbere, ſi alius PROHIBERE velit, niſi doceat, quod ADVERSARIVM ſuum PROHIBVERIT et ille abſtinuerit a iure paſcendi. Ita pronunciauit Curia Prouincialis Vitembergenſis, Termino Viſitationis Mariae, Anno 1754. Daß Klägers auf die *poſſeſſionem momentaneam* gerichtetes Suchen, in Ermangelung eines richtigen *actus probibitiui*, nicht ſtatt hat. V. R. W. Quae ſententia a Supremo Regimine Aulico, bis reiecta appellatione, confirmata eſt

Wittenberg, Diss., 1756-58

ULB Halle 3
003 608 042

f. 56

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-273247-p0017-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-273247-p0018-1

OBSERVATIONES
DE
QVASI POSSESSIONE IVRIS PROHIBENDI

AD L. XI. §. I. D. DE PVBLICIANA IN REM ACTIONE

QVAS
PRAESIDE
CHRISTOPH. LVDOV. CRELLIO ICTO
POTENTISSIMI REGIS POL. ET PRINC. ELECT. SAXON
CONSILIARIO AVLICO CODICIS PROFESSORE
PVBLICO ORDINARIO CVRIAE PROVINCIALIS
NEC NON CONSIST. ECCLESIAST. ET SCABIN. ASSESSORE
ITEMQVE ORDINIS IVRIDICI SENIORE

DIE XXVII AVGVSTI
A. Q. S. P. EST cIↄ Iↄ cc LVI
IN AVDITORIO ICTORVM
AD DISPVTANDVM PROPONET
SAMVEL CAROLVS DVMPFFIVS
LONGOSALISSA THVRINGVS

VITEMBERGAE
EX OFFICINA IO. SAM. GERDESII

1956
3841

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-273247-p0019-0